xviii

(24) - 3

Bulla
Leonis
[illegible]

quidam nomine prestantius
patri suo contigisse nar-
rabat ut venenum illud per
caseum in domo sua sume-
ret et iaceret in lectulo suo
quasi dormiens. Qui tamen nul-
lo modo excitari poterat.
Post aliquot autem dies
eum velut evigilasse dice-
ret et quasi somnia narrasse
que passus est caballum se
scilicet factum annonam inter
alia iumenta baiulasse
militibus que dicitur retica quoniam ad
rethias deportatur. Quod ita
ut narravit factum fuisse
compertum est. Que tamen ei sua
somnia videbantur. In-
dicavit et aliud domi
sue per noctem antequam requies-
ceret vidisse ad se venien-
tem quendam philosophum sibi no-
tissimum sibi exposuisse qua-
dam platonica que antea ro-
gatus exponere noluisset et
cum ab eodem philosopho quesitum fu-
isset cur in domo eius fecerit
quod in domo sua petenti ne-
gaverat. non feci inquit
sed me fecisse somniavi.
Ac per hoc alteri per imagi-
nem phantasticam exhibitum
est vigilanti quod alter vidit in
somniis. Hec ad nos non
qualibuscumque quibus nos credere
putaremus indignum. Sed
eis referentibus pervenerunt
quos nobis non existima-
remus fuisse mentitos. Proinde
quod homines dicuntur manda-

tum est litteris ab diis vel potius
demonibus archades in lupos
solere converti et quod carmine
circe socios mutavit ulixis
secundum istum modum mihi
videtur fieri potuisse quem-
dixi si tamen factum est. Diome-
deas autem volucres quando quidem
genus earum per successionem
propaginis durare perhibetur
non mutatis hominibus
factas. Sed sub effigenia re-
gis agamemnonis filia. Neque
enim demonibus iudicio dei
permissis huius prestigie dif-
ficiles esse possunt. Sed quia
illa virgo postea viva re-
perta est subposita pro illa [illegible]
vam esse facile cognitum est
Socii vero dyomedis quia
nusquam subito comparuerunt
et postea nullo loco appare-
runt perdentibus eos ultoribus
angelis malis in eas aves
que pro illis sunt occulte
ex aliis locis ubi est hoc ge-
nus avium adducta loco perdi-
torum repente suppositae cre-
duntur esse conversi. Quod
autem diomedis templo aquam
rostris afferunt et aspergunt
et quasi blandiuntur grecige-
nis alienigenas perse-
quuntur mirandum non est
fieri demonum instinctu
quorum interest persuadere
factum esse diomedem deum ad de-
cipiendos homines ut falsos
deos cum veri dei iniuria
multos colant et hominibus